





*C. de ref. ad vend. in nullo laedunt proximos, quandoquidem non excedunt pretium taxatum, ac per consequens non tenentur ad ullam restitutionem faciendam.* Tadem consulti super hoc Magistros Profultores Theologie graulimos Salmaticensis Academiae ordinis Praedicatorum, qui in hac mea fuerunt vnam nimirum sententiam. Idem tamen etiam si pretium taxatum sit tantum panis cocti panificis non vero alijs, quoniam cum ceteri, licet prohibiti eodem pretio vendant, quid damni quales ex hoc sequitur emptoribus, panis cocti cum nihil sua interest ab illis potius, quam ab istis vel alterutrum panem emere, cum vterque panis eodem pretio vendatur.

Nunc videndum est, an haec resolutio aliquam difficultatem habeat, & respectu peccati mortalis, quod incurritur praedictae personae prohibitae ventres dicto officio contra prohibitionem praedictarum pragmaticarum, existimo rem esse indubiam, quia contraueniunt legi iustae super re graui & bonum publicum maxime concernenti propter bonum reipublicae regimen, & causis iustissimis Principem legislatores mouentibus, ut constat manifeste ex eadem pragmatica, & latissime probat Alphonsus à Cast. lib. 1. de leg. penal. c. 4. per tot. & Doll. Sor. lib. 1. de iust. & iur. q. 6. art. 1. per tot. fil. 49. & leg. & Mercad. in prag. pan. c. 9. per tot. & Doll. Navar. in Annual. c. 1. 46. & in terminis pragmaticae panis cocti, quod taxato eius pretio à iudice pro ut precipit dicta pragmatica anno 1568. *Auendo consideracion, y regulando lo por el valor y costa del trigo en grano y harina, con mas alguna iusta y moderada ganancia.* Vt in dicta pragmatica & in prioribus anno 1568. quod praedicta taxa obliget in conscientia tam Ecclesiasticas personas, quam seculares, tenent Mercad. super d. prag. iustici. c. 1. quae publica la postura, & magis in terminis in e. *Pratum* seg. in prin. ubi tenet in terminis nostrae quaestiones, & praedictae pragmaticae interdicentes praedictum vsum certis praedictis personis, obligare in conscientia sub pena peccati mortalis, & late probat quod praedicti, clericos non posse per se, nec per alias personas, etiam panificos exercere praedictum officium panificorum, nec eis dare frumentum sub vilo pacto, nec modo à massar, ad utilitatem ipsorum clericorum.

Ex quo colligitur, inquit ipse, nimis perniciosam esse licentiam, quam quidam concedebant personis Ecclesiasticis vendendi panem coctum, *A como mas padiesen*: hoc namque fieri non posse recte ibi ostendit atque probat.

Quare cessat hodie, quod ante hanc legem tenebat Medin. *C. de ref. qu. 2. vers. hoc tamen non obstantem*, quem refert & sequitur hic Mexia 6. conel. n. 31 dicens, posse clericum per alium suis expensis & periculo suum triticum vel farinam in panem coctum iusto pretio vendendum dare. Nam cum per praedictam legem ac pragmaticam hoc officium interdicitur ijs, qui eum vsum minime habent, nec iuxta sui status qualitatem eosdem exercere debeat, pro ut sunt clerici & ceteri supra enumerati, consequens est, ut praedicta opinio Medinae procedere hodie minime possit.

At vero respectu restitutionis in terminis nostrae quaestiones, quod ad nullam teneantur praefatae personae prohibitae exercere d. officium si illud minime eas exercere vendendo per se vel per alios panem coctum pretio taxato à publica illis personis, quae licite id facere possunt vel alias communiter currenti in foro publico: difficultas contra hoc occurrit huiusmodi. Nam d. l. i. quae de pane cocto loquitur, etiam super pretio lata videtur, quandoquidem inquit: *Ten quanto al panco zido se eiga respecto a lo que saliere y se comvare el grano, con mas alguna iusta y moderada ganancia.* Vnde

inforti videtur, quod si personae prohibita per nostras leges exercere officium hoc panificorum, id exercere de facto vendentes per se vel per alios panem coctum cum moderato lucro, habita consideratione *A lo que les sale y se compra el grano*, iuxta formam d. l. i. arbitrio boni & prudentis viri, ut dicebatur supra quaestione ab hinc secunda, tunc licet peccent mortaliter propter transgressionem leg. iustae, ut supra est visum, attamen ad nullam restitutionem merito teneantur. Si vero excederint moderatum lucrum, iuxta supra dictam considerationem (nam haec personae ut plurimum non ita carius habent frumentum, cum vel id habeant ex proprijs redditibus, vel ex sua agricultura, vel ex concessione consanguineorum vel amicorum moderatis pretijs) videtur quod hoc triticum non ita carius debeat taxari nec vendi in pane cocto, sicut quod foris defertur ratione expensarum leucarum itineris, ut dicebatur in dicta quaestione ab hinc secunda, cum huiusmodi excessus sit contra formam legis, pretium iustum & moderatum panis cocti iubentis constituitur atque taxari, sicque hoc casu praedictae personae prohibita ad restitutionem illius excessus obnoxij sint.

Corroboratur praeterea hoc casu praedictae difficultas: nam si taxatio panis cocti à republica tantum sit illius tritici, quod in horreo publico datur panificis, *Panem massar*, &c. cuius pretij & expensarum factarum in eo emendo & portando fuit habita consideratio, quoad taxatio praedicti panis cocti facta fuit, videtur quod ea vti non possint praedictae personae, quibus ratione suae qualitatis est prohibitum officium hoc panificorum, cum tantum sit limitata & restricta ad veros panificos, qui iuxta suam qualitatem praedicti officio fungi possunt, & praeterea ad triticum, quod ex horreo publico ipsis datur ad dictum effectum: quod si generaliter omnibus vendere volentibus taxa panis cocti facta fuerit, videtur restringenda de habilitate ad eos, qui praedictis officio fungi possunt, cum iudices nec republica possint habilitare ad praedictum officium panificorum exercendum, quos Princeps suis legibus iustis ex causis inhabiles fecerit.

Augere videretur eadem difficultas, nam si praedicta taxa facta non fuerit ex omissione iudicis vel reipublicae, vel si ob iustas causas, nempè ut forum abunde pane cocto, iustum sit quod quilibet vedat panem coctum *A como pudiere*, ipsi panifici vendentes, qui hoc officium vere exercere solent & possunt, debet seruari eundem modum & moderamen in vendendo dictum panem coctum, nempè, *Auido consideracion a lo que es el precio y el trigo, con mas una moderada ganancia*, arbitrio boni & prudentis viri, ut dicebatur in dicta quaestione ab hinc secunda: Ergo à fortiori idem dicendum erit in personis prohibitis propter suam qualitatem & dignitatem officium panificorum exercere, si forsitan & quando de facto contra prohibitionem legis illud exerceant, nempè ut eisdem minoris taxetur panis coctus, vel si illis non fuerit taxatus, ipsi minoris illum vendant, quam veri panifici, quandoquidem illi viliori pretio habuerunt triticum, ut supponimus, quam isti, ne sit peioris conditionis, qui licite hoc officium vti potest ac vitare, quam qui contra expressam legem prohibitionem atque interdum illud de facto exercet.

Nihilominus tamen his non obstantibus, praecedens sententia praedicta insignium Theologorum atque nostra verior & tenenda videtur, ut quamvis praedictae personae prohibita peccent mortaliter faciendo contra praecipuum legis adeo iustae & importantis reipublicae, nihilominus ad nullam restitutionem teneantur, quandoquidem vendunt per se vel per alios panem coctum pretio taxato à republica, vel ea taxatione deficientes, pretio communi in foro publico currite niti-

quoniam

quoniam lex nostra, quae praedictas personas vetat vti officio panificorum, minime est taxatiua pretij, sed lex boni regiminis, sicque transgressores eisdem minime peccant contra iustitiam commutativam, sed contra iustitiam legalem, cuius transgressio ad restitutionem non obligat, iuxta communem omnium Theologorum sententiam, quam refert D. Couar. in reg. peccatum 2. part. §. 3. n. 5. de reg. iur. in 6.

Non obstat difficultas supra adducta cum duabus suis corroborationibus: nam respondeo, ipsam proprie non continere in terminis, nempè quando praedictae personae prohibita vedunt panem coctum pretio taxato à republica, vel ea taxatione deficientes, pretio communitate currenti in foro publico: tunc enim cum iam fixerit pretium taxatum vel vstratum in foro publico, colliguntur vtrantur haec personae, non est curandum, si illud pretium excedat praedictae considerationem necne, cum dicitur leg. 1. cuius virtute praedicta taxa fieri debet, atque fit, loquitur, antequam fiat: At vero ipsa iam facta cessat legis dispositio, & stabitur praedicti pretio communi in foro publico currenti. Nec interest, quod praedicta taxa facta tantum sit licitis panificis, & panis cocti ex tritico publici horrei: non vero alijs, quia licet personae prohibita supra dictae peccent mortaliter, ut dictum est, exercendo officium eis vetitum: attamen cum pretio communi vtrantur in suis venditionibus, non tenentur ad aliquam restitutionem, cum non ledant in aliquo proximum, nec aliquid interit inter vnum panem coctum & alium, supposita eadem bonitate. Quod aperius procedit, quando praedicta edictum est, ut omnes possint vedere panem coctum tali certo pretio: nam quod restitutum fiat ad licitos ac permittis panificos tantum, non potest stare salua ratione recti sermonis, cum ex dicto praedictio praetendatur abundantia panis cocti in foro pro sustentatione reipublicae tempore maxime necessitatis eiusdem, ad quam subueniendum permittitur omnibus, ut possint vedere panem coctum tali pretio, unde praedicta taxa comprehendit omnes vendere volentes, tam alias prohibitos, quae permittis quae licentia minime habilitat, nec habilitare potest prohibitos vti dicta officio, cum sit contra legem superioris, & ideo non liberat eos à reatu culpe mortalis ratione transgressionis legis iustae incurrit: sed generaliter permittit, ut quicumque sit venditor panis cocti, cum tali pretio vedere possit. Ergo si prohibitus vendere de facto, vendat illo pretio statuto à republica, ad nullam tenebitur restitutionem, quamvis peccet mortaliter propter vsum officij sibi à legis iustis interdicti, & haec (meo iudicio) vera est mens iudicis, vel reipublicae in dicta praedictio, & mandato, quamvis etiam absque eo praedictae personae prohibita vendentes panem coctum pretio taxato vel communi currenti, non etiam teneantur ad restitutionem aliquam per supra dicta.

Quod si taxatio panis cocti facta non sit à republica, vel publicatum sit, ut quilibet vedat, pro ut valore, quamvis hoc casu panifici debeant seruari dictam considerationem & moderamen d. leg. 1. & pragma. anno 1568. cum haec leges omnibus loquantur, & iudici committant executionem taxationis, quam si omiserit, succedit arbitrium boni & prudentis viri, qui debet sequi legis vestigia, hoc est, praedictam considerationem: tamen personae prohibita vendere panem coctum, si illum nihilominus vendat hoc casu pretio communi currenti in foro publico, pro ut nostra sententia habet, non teneantur ad aliquam restitutionem, nec tenentur in venditione facere praedictam considerationem d. l. i. & pragmat. anno 1568. quandoquidem tilla habet locum in personis, quae licite hoc officio fungi possint: nam in prohibitis, cum ipsi per

easdem leges non possint illo officio vti, non est constituta taxa, nec imposita forma praedicta, nec alia taxationis, unde vendendo pretio communi, non tenentur ad restitutionem, quamvis peccent mortaliter, propter officij sibi à legis iustis interdicti: nec quod proutis quibusdam respectibus sibi vilius triticum constituerit, quam licitis panificis marcat substantiam, quoniam id propriae industriae ac diligentiae potius attribuendum est, & sibi prodelle debet: non vero nocere, cum pretio communi vendant.

Praeterea nihil interest, quod praedictae personae prohibitae minoris exisset triticum quam panificis. Nam praedicta consideratio & respectus, quem leges praefatae praecipiant habendum ad taxandum panem coctum, respicit pretium commune, quo triticum emptum solet constare, nempè in horreo vel foro publico, ut patet ex illis verbis, d. leg. 1. ibi, *Se tenga respecto a lo que saliere, y costare al grano, &c.* Nam non dicit ementi, sed loquitur impersonaliter, sicque debet intelligi, ut est praedictum: & in pragmatica anno 1568. ubi referuntur verba pragmaticae 1568. in hunc sensum, nempè *Auido respecto al precio del trigo y harina, con alguna moderada ganancia*, & iterum in decisione eiusdem pragmaticae, ibi, *Tengays muy particular cuidado de proter como el dicho pan coctido se venda a iustos y moderados precios, auido respecto a aquellos en que el pan y harina se vendiere, &c.* Nam haec verba proflus significant pretium commune tritici in horreo vel foro publico. Idem constat ex pragmatica anno 1571. in cap. de pane cocto, ibi, *Regulando por el precio del valor del trigo y harina, &c.* Nam non dicit: *Por el precio que costare y saliere, si no por el precio del valor del trigo en grano y harina.* Ergo valor communis attendi debet non accidentaliter iuxta l. *pretia verum, in princ. ff. ad leg. Falcid.* Et in terminis ita tenet & interpretatur has leges, ut intelligatur de pretio, quo triticum valet in publico horreo, *Mercad. in diti. pragmat. tax. panis, cap. 1. in vers. T publicada.* Vnde sicur panificus emens triticum carius, quam constat in praedicto horreo vel foro publico, non potest panem coctum ex eo vendere ultra taxam à republica factam, ut late probat *Mercad. ubi supra*, etiam si agat de damno euitando per contrarium emens vilis poterit emere taxa vti. Quia tamen regula generalis est in hac materia emptionis & venditionis, quoad iustum pretium exigendum, ut non inspicitur, an res viliori pretio empti prius fuerit, sed pretium commune, quod nunc tempore venditionis viget & currit: alias enim sequeretur absurdum, quod clericus negotiator vilis emens aliquam rem, quam alius, non possit eam pretio communi vendere, eo tamen quod sit prohibitus negotiari, & quod teneretur ad restitutionem alicujus quantitatis: consequens est falsum, quia est peccet huiusmodi clericus negotiando, quia sibi à jure hoc sit prohibitorium, attamen vendens communi pretio, etiam si vilis, quam alij emerit, non tenebitur ad restitutionem alicujus partis, quia non fecit contra iustitiam commutativam, sed legalem: facit etiam, quia bona industria alicujus in acquirendo sibi prodelle debet, non vero nocere, *argum. l. fin. d. deposit.*

Extrema regula deducitur esse fallacissimum, si quis semper quanto emit pretio, quantumque laboris & periculis subiicit, tanti velit vendere cum liciti accessione: enimvero si mercator, artis negotiorumque ignarus plus iusto emit, aut sibi fortuna aduerfa refluit, quia scilicet, copia mercium insperata succreuit, non potest iuste extorquere expensas, quas fecit. Et vice versa si industrius alius aut fortunator, cui vel contingit minoris emere, vel fauoris arrisit fortuna, hoc est, insperata rerum inopia post accidit, iuste facit, ne potest carius vendere etiam eodem die & eodem

loco, id quod nullatenus mercibus in melius mutatis. Nam cum negotiationis ars plurimis sit fortuitis rerum eventibus, subdita, debet negotiatores & sinistra suo dispendio subire pericula & dexteram experiri fortunam. loquimur cum Christianis de fortuna pro eventu nobis in Imperato: ita D. Sor. lib. 6. de iust. & iur. qu. 2. art. 3. pag. mibi 13. in vers. est enim fallacissima: ubi inquit hunc esse sensum d. l. pretia rerum, ubi habetur, pretia rerum, non ex affectu aut utilitate singulorum, sed communiter fingi, hoc est, non secundum privatorum existimationem, sed secundum communem prudentiam constitui. Ergo etiam si predictæ personæ prohibita vti dicto officio panificorum, vilius triticum emerint, aut habuerint sui gratia, industria & diligentia, quam in publico horreo vel foro constat & venditur, & ex eo panem coctum communi pretio in foro publico currenti vendiderint, quamvis peccent mortaliter propter usum officij sibi à nostris legibus interdictum, non tenebuntur ad ullam restitutionem. *ut ex suprad. maxime à D. Sor. supra relatis constat.*

11 Aliter tamen & secundo, ex aduerso tamen intelligit predictam pragmaticam nostram, hoc est, d. l. in verbis supra relatis, Mexia in presenti conclusione 6. m. 1. nepe quod si nullius vel alius habens ex propria cultura triticum, id vendat in pane cocto, & ei multo maiori constat pretio, quam per presentem pragmaticam taxatum, habita ratione expensarum, quas in eo seminando, beneficiando, triturando, metendo & colligendo fecit, possit, si illud vendat in pane cocto supradict. pretium, quo sibi constat, quamvis valde excedat taxam & alias, quas habet expensas, vsque quo efficiatur panis coctus, addere quintam partem totius valoris, que sibi à leg. pro lucro iusto & moderato datur, & iuxta hanc rationem panem coctum in foro conscientie vendere, dicens, satis ex ipsa deduci pragmatica in illis verbis: *En quanto alpancozido se tigea respecto a lo que saliere; se comprare el grano, con mas alguna susta, y moderada ganancia.* Sed mihi magis placet in hoc contraria sententia Mercad. ubi sup. & ejus intellectus ad dictam pragmaticam, nempe ut intelligatur respectu pretij communis currentis in horreo vel foro publico, *ut sup. probavi ex eiusdem verbis supra relatis*, imo veram non existimo nec tenendam opin. Mexia, quam modo hoc versiculo retulimus. Non obstat modo pragmat. anno 1571. quam supra consideravimus contra predictam nostram sententiam: nam procedit, quando exceditur taxa panis cocti: tunc enim excedens tenebitur ad restitutionem excessus: nos vero agimus, quando illa servatur per personas prohibitas vti officio panificorum, quod est diversum.

12 Supradicta tamen nostra sententia sic probata & defensiva limitari jure poterit, quando res publica taxaret panem coctum ex tritico foris delato, vel portato vno pretio, & panem coctum ejusdem loci alio pretio diversa, ut potest facere, imo & deberet, *ut tenet Ant. de Cordou. ubi sup.* Nam tunc predictæ personæ prohibita vti officio panificorum, si illo de facto utatur, tenebuntur in conscientia servare predictorum pretiorum varietatem atque taxationem, alias ad restitutionem excessus iusti pretij à republica constituti tenebuntur præter peccatum mortale, quod incurrit ex usu predicti officij sibi interdicti. Nam cum res publica habeat auctoritatem precia rebus constituendi, & præcipue panis cocti, ut in nostra lege easque iusta constituerit, pro ut in dubio est præsumendum, iam erunt isti transgressores pretij taxati, & sic peccabunt contra iustitiam commutativam & legalem, ac per consequens ultra peccatum tenebuntur ad restitutionem excessus per omnia supradicta si autem diversitas & distinctio pretiorum facta minime fuerit, tunc habebit locum

supradicta nostra de hac re sententia.

Ex quibus omnibus, supradict. recte primo inferitur, quod si aliquis panific. vel panifica habuerit aliquod triticum aliunde, quam ab horreo publico, puta quia illud emit in foro publico vel alibi, etiam vilius quæ predict. horreo publico venditur, & vendiderit panem coctum ex eo pretio taxato à republica panis cocti ex tritico dicti horrei vel deficiente taxatione, pretio communi in foro currenti, non tenebitur ad aliquam restitutionem, cum nihil fecerit contra iustitiam commutativam, quam vis contrarium minus bene, meo iudicio, teneat Mexia in presenti concl. 6. m. 1. 4. cujus in hoc sententia confunditur ex supradictis: nisi diversa pretia republica constituerit, ut prædiximus: nam tunc panifici tenebuntur prædictam taxam servare ad litteram, ut in casu limitationis supra proxime dicta.

Inferitur & secundo, quod clerici, qui ex oblationibus & funeralibus defunctorum panem coctum, qui sibi superest, vendunt, poterunt absque obligatione aliquid restituendi pretio taxato panificis, vel communi currenti in foro publico illum vendere, quamvis ipsi non sint panifici ex rationibus, prædictis, quinimo ipsi vendendo minime peccabunt, quoniam leges nostri Regni, quæ hoc officio vti prohibent his, quos iuxta suum statum & conditionem ac qualitatem personarum vti non decet, nec id habent pro officio, intelliguntur, & plane procedunt in illis, qui hoc officium panificorum accipiunt causa negotiationis & lucri, ut ex ipsis pragmaticis aperte constat: ar vero curati & alij, qui has oblationes recipiunt, non sunt hujusmodi, nec id prætendunt, sed imo si nolunt panem, qui sibi superest perdere (ad quod non tenentur) debent de eo disponere: licitum ergo erit eis eum vendere pretio communi. Pro quo facit illa doctrina singularis Bart. in l. cetera, §. sed si separavit, per illum text. ff. de legat. 1. ubi tenet, quod si statuto prohibitum sit, ne quis emat frumentum ultra usum proprium, & aliquis se mansurum in vrbis annum integrum credens, emit frumentum necessarium ad illi annum, & postea mutaverit propositum, & ante annum recedat, non incidit in penam statuti, quia non eo animo emit, ut statutum fraudaret: quam doctrinam sequitur plures allegans Tiraq. in presat. de utroque retract. nu. 77. & Aviles ad plurima referens, c. 52. prætor. in gl. en la tierra, n. 18. fol. 254. Ergo ita in proposito dicendum est, &c.

Facit etiam, quod decidit Ant. de Cordou. in suo tract. 16. De casis de conciencia, quæst. 83. in 2. dub. ubi tenet, quod habes triticum ex suis redditibus, vel ex propria cultura ultra usum domus suæ, & emit aliud ad eundem usum, potest regulariter absque peccato vendere, quod suum erat, & non ideo facit contra legem Regni, nec ipsius intencionem, quæ habet, ut nullus possit emere triticum ad revendum: nam non sequitur damnum ex hoc facto, quod est prohibitum à lege: potuit enim vilius emere triticum, & vendere, quod habet.

Nihilominus tamen, cum clerici teneantur potius misericordia vti erga pauperes, quam laici, præcipue tempore necessitatis, consulo eis, ut minoris vendant hoc casu panem coctum, quam sit taxatum à republica panificis, ut bonum exemplum atque odorem præbeant, & ne cupiditate notentur.

Post hæc scripta typis mandata editus est in lucem novus tractatus Magistri Michael. de Palat. de contrah. & restit. qui lib. 2. c. 2. pag. 48. & 59. indistincte tenet, hujusmodi panificos vel panificas hoc officium exercere prohibitos, si illud exerceant, atque panem coctum vendant pretio à republica taxato minime peccare, quoniam nemini sic vendendo faciunt injuriam, imo revera consulunt bono publico, quia quo plures sunt vendentes, ex magna copia venalis panis vilescit pretium

cium. Postea vero pag. 62. col. 2. & pag. seg. col. 1. hoc verum intelligit in panificis pauperibus, qui eo officio, qua mis sibi interdicto utuntur, ut sibi familiarique suæ victum parent, quia lucrum est exiguum: si vero sint divites, existimat peccare: non tamè teneri ad restitutionem, quia isti sunt in quos invehitur pragmatica, quia ex cupiditate faciunt, & ut non subueniat sue inopia, ideo damnandi, & sic in his divitibus reincidenti in nostram sententiam: in pauperibus tamen sua æqua videtur, sed non vera, nisi quod prædixi & tenui ex supra late ratiocinatis, & pag. 63. in fi. & princ. seg. eadem doctrinam atque distinctionem, quam nos supra hoc cap. nu. 13. fecimus, ipse expresse probat, loquens, ut ex eo conicitur, in panificis se huic muneri inge-

rentibus. Eandem nostram sententiam, quod restitutionem, cessante alia fraude, novissime post nos sequitur Instructorium negotiantium lib. 1. cap. 16. versic. arbitror tamen, limitas, quado forte ipsi ex officio pistores taxæ à Rectoribus populi impositæ cõsenserint ea lege, ut ipsi soli, & non alij panem decoctum venderent, quia sic suo damno consulere voluerunt: addes, quod quia regulariter isti se ingerentes, cum ex officio pistores non sint destinati, in commodum suum aliquid & in perniciem reipublicæ & tertij machinantur, regulariter non inveniuntur immunes à restitutione: cessante tamen fraude, procedunt, quæ supra docuimus.

FINIS.

Laus Deo Patri, Filio & Spiritui Sancto.

